Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



sup quem factus est sermo domini
in medio turbe. et ait. Attendite omnis
iuda et qui habitatis in hierl. et tu rex io
saphat. Hec dicit dominus vobis.
Nolite timere nec paveatis hanc mul
titudinem non est enim pugna vestra
sed domini dei. Cras descendetis contra
eos. Ascensum enim sunt per clivum nov
issimum. et invenietis illos in fine torrentis
que est contra solitudinem
ierihel. non eritis vos qui dimicabitis
sed tantummodo confidenter state. et
videbitis auxilium domini super vos
o iuda et hierl. nolite timere nec pa
veatis. cras egredietis contra eos. et
dominus erit vobiscum. Iosaphat et
et iuda et omnes habitatores hierl cecidi
erunt prone in terram coram domino et
adorauerunt eum. Porro leuite de filiis
caath et de filiis chore laudabant dom
inum deum israhel voce magna in excel
so. Cumque mane surrexissent egressi
sunt per desertum thecue. profectis que
eis stans iosaphat in medio eorum et
dixit. Audite me iuda et omnes habitatores
hierl. Credite in domino deo vestro et secu
ri eritis. credite prophetis eius et cuncta vob
is cedent prospera. Cumque consilium po
pulo dedisset statuit cantores domini ut laud
arent eum in turmis suis et antecederent
exercitum ac voce consona dicerent.
Confitemini domino quoniam bonus quoni
am in seculum misericordia eius. Cum
que cepissent canere. uertit dominus in
sidias eorum in semetipsis filiorum. a
mon et moab et montis seir qui egressi
fuerant pugnare contra iudam. per
cussi sunt namque filii amon et moab
et consurrexerunt aduersum habitatores
montis seir. ut interficerent et delerent
eos. Cumque hoc opus perfecissent cun
ctos semet ipsos reuertentes mutuis cedere
iugulationibus. porro iudas cum uenisset
ad speculam que respicit solitudinem
uidit procul late regionem plenam
cadaueribus nec sup esse quemquam qui
posset euadere. Venit ergo
iosaphat et omnis plebs cum eo. ad despo
liandum spolia morientium. Inuenerunt
que inter cadauera nimiam supellectilem
vestes quoque et uasa pretiosissima et dum
plus quam tulerunt ita ut onus portare non posset
nec per tres dies spolia auferre pre ma
gnitudine. Die autem quarto congregati
sunt in uallem benedictionis et ibi quoni
am ibi benedixerant domino et nomen loci
illius nullus benedictionis usque hodie
dicunt. Reuersi que sunt omnes uiri iu
da et habitatores hierl et iosaphat ante eos
in hierl cum leticia magna eo quod
dedisset eis dominus gaudium de in
imicis suis. Ingressi que sunt in hierl cum
psalteriis et cymbalis et tubis in domo
domini. Terruit autem pauor domini re
gnum terrarum cum audissent
quod pugnasset dominus contra inimi
cos israhel. Requieuit que regnum iosaphat
et pacem prestitit ei dominus per circuitum.
Regnauit igitur iosaphat super iudam
et erat xxxv. annorum cum regnare
cepisset. xx. annis que annos regnauit
in hierl. et nomen matris eius azuba
filia seleai et ambulauit in uia patris
sui. nec declinauit ab ea faciens que pla
cita erant coram domino. Veruntamen
excelsa non abstulit et adhuc populus
non direxerat cor suum ad deum dum
patrum suorum. Reliqua autem sermo

254